DE PROGYMNASMATICORUM STUDIIS MYTHOGRAPHICIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE PHILIPPINA

MARPURGENSI

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

JOANNES JACOBS

GOTHANUS.

MARPURGI CATTORUM

MDCCCIC.

Von der Fakultät als Inauguraldissertation angenommen am 21. XI. 1898.

Parentibus

et

Ernesto Maass

I.

De progymnasmaticorum narrationibus.

1. Duo eorum sunt genera librorum, qui *προγυμνάσματα* inscribuntur: unum rationem artis rhetoricae et praecepta exemplis paucis interpositis complectitur, ut commentarii Theonis Hermogenis Aphthoni Nicolai, alterum nihil nisi exempla et specimina praebet, ut Libani Severi rhetorum scripta aevi byzantini. Apud utrosque partem praeceptorum complectitur *διήγημα*, in quo rhetores discipulis, ut narrandi artem discerent, exempli gratia solebant narratiunculas proponere praecipue e fabulosa historia petitas et composite ornateque narrandi praecepta. Quas fabulas sub unum conspectum coactas editione conferendas rati id assecuti sumus, ut non paucas novo codicum apparatu critico instructas et quatenus fieri potuit emendatas publici iuris facere possemus.

Praemittenda putavimus de praeceptis et definitionibus narrationis nonnulla. Quaeramus igitur praecepta, e quibus partibus composita sint, unde fluxerint, quomodo per saeculorum seriem mutata sint. Plurima enim non ab ipsis praeexercitationum magistris excogitata, sed aliunde e vetere doctrinae rhetoricae thesauro in praeexercitationes illata videntur. Triplici igitur ratione veteres de narratione verba fecerunt: primum erant, qui ad ipsum rhetorum usum spectarent; deinde qui scholarum, ubi discipuli artibus liberalibus instituerentur, usui scriberent; denique haudquaquam omittendi, qui neglecto usu ad narrationem tractandam studiis grammaticis adducti sunt.

Prima narrationis praecepta iam ex artibus ante Aristotelem et Anaximenem compositis fluxerunt [1], quae cum non nisi ad iudiciale genus spectent, a nobis omittuntur.

Narrationis per se iucunditatis causa tractatae prima vestigia apud Ciceronem exstant et Cornuficium. Qui constituunt genus narrationis 'remotum a civilibus causis, quod delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur et scribitur' [2]. Est bipartitum 1. in negotiis, 2. in personis. In hac parte vestigia fabulae romanensis latere suspicatus est Thiele [3]; illa comprehenduntur fabula, historia, argumentum. Iam Asclepiades grammaticus Myrleanus *πραγματικὴν ἱστορίαν, μῦθον, πλάσμα* secrevit [4]; quae partitio usque ad Hermogenem in praeexercitamentis semper floruit [5]. Aphthonius deinde primam et alteram speciem vocabulo *δραματικόν* complexus est [6]. Cum Cicerone consentit anonymus auctor, quem Seguerianum nominamus, qui *διηγήσεις ἀληθεῖς, πεπλασμένας, τὰς ἐπὶ κριτῶν λεγομένας, τὰς δὲ καθ' ἑαυτάς* constituit. Hae sunt Ciceronis 'remotae a civilibus causis'. Dirimuntur porro: *αἳ μέν εἰσι βιωτικαί* (in personis), *αἳ δὲ ἱστορικαί* (historia), *αἳ δὲ μυθικαί* (fabula), *αἳ δὲ περιπετικαί* (argumentum) [7]. — Theo narrationes divisit in fabulares et historicas [8], quarum has in ipsa nar-

---

1) Theodorus Byzantius narrationem post prooemium collocavit (Plato, Phaedr. 266 e). De Theodoreis et Licymnio disputavit Aristot. rhet. III 13. — De Licymnio cf. Spengel, *Συν. τεχ.* p. 88 sqq.

2) Cic. de inv. I 19, 27. Cornuf. I 8, 12.

3) Aus der Anomia. Berol. 1890, p. 128. Bürger, Herm. 27, p. 345.

4) Saecul. a Chr. n. II. Sext. Empir., II, p. 658 Bekk. quod monuit Thiele, l. l.

5) Quintilianus II 4, 2. Hermogenes, II. p. 4 Sp.: *εἶδος* 1) *μυθικόν*, fabulare genus, in quo incredibilia et monstrosa insunt. 2) *πλασματικόν*, ficticium, quod ambigua et probabilia (*ἀμφίδοξα καὶ ἐνδεχόμενα*) amplectitur. 3) *ἱστορικόν*, historicum, quod vera renuntiat, antea *ἀπαγγελίας* nomine appellatum (II, p. 13 Wa.).

6) II, p. 22 Sp.

7) Anonym. Seguer. I, p. 435, 11 Sp. '*περιπετικός*', *ἅπαξ εἰρημένον* ut videtur, in lexicis desideramus. Quas species, quod obiter tantum ille commemoravit, dolendum est.

8) *διηγήσεις* 1) *μυθικαί*, 2) *πραγματικαί*, II, p. 66 Sp.

rationis commentatione (p. 78—92 Sp.), illas explicat quasi in appendice, cum de refutatione dicit et confirmatione (p. 93 sqq. Sp). Partitio vero Asclepiadea non a rhetoribus inventa est. Nam, ut alia omittam, quid argumentum comoediarum vel fabularum (*πλάσμα*) commune habet cum doctrina rhetorum? Nihilominus arrepta e grammaticorum erat studiis et apud oratores usitata, ut anonymus Seguerianus, qui nihil tractat nisi iudiciale genus, demonstrat.

His praemissis praecepta Theonis examinemus, cuius auctoris commentaria uberrima sunt inter 'praeexercitationes'. Theo a ceteris eiusmodi testibus eo differt, quod 'narrationem' non in altero loco, quemadmodum ceteri scriptores, sed in tertio collocavit [9]. Theonis definitionem '*διήγημά ἐστι λόγος ἐκθετικὸς πραγμάτων γεγονότων ἢ ὡς γεγονότων*' apud Ciceronem ad verbum fere exstare videmus [10]. Hermogenes et Aphthonius Theonem secuti sunt. Sed ne haec quidem sententia ab ipsis oratoribus profecta videbitur Quintilianum respicienti, qui eandem definitionem in ipsum usum oratorum conversam exhibet [11]. Sequuntur apud Theonem [12] elementa nar-

9) Hermog., p. 4. Aphthonius, p. 22 Sp. — Theonis libri primarium praeexercitationum ordinem non servaverunt. Auctor enim ipse collocaverat: *χρεῖα, μῦθος, διήγημα*, cf. p. 64, 30; 65, 19; 74, 8. Sp. et Hoppichler, de Theone, diss. Würzburg 1887.

10) Cicero de inv. I 19, 27. „narratio est rerum gestarum aut ut gestarum expositio"; quam sententiam apud Cornuficium desideramus; excidisse igitur eam Thiele suo iure coniecit (quaest. Cornufic. etc., Gryphisw. 1889, p. 27). Item Hermogenes, p. 4 Sp.: *τὸ διήγημα βούλονται εἶναι ἔκθεσιν πράγματος γεγονότος ἢ ὡς γεγονότος*, et Aphthonius, II, p. 22 Sp. *διήγημά ἐστι ἔκθεσις πράγματος γεγονότος ἢ ὡς γεγονότος*.

11) IV 2, 31: „narratio est rei factae aut ut factae utilis ad persuadendum expositio". Anonymus Seguerianus quamquam diversas multorum doctorum huius rei definitiones enumerat, tamen hanc omittit.

12) Hermogenes et Aphthonius inseruerunt, quae interesset differentia inter *διηγήσεως* et *διηγήματος* voces. Hermogenes: *διαφέρει δὲ διήγημα διηγήσεως, ὡς ποίημα ποιήσεως· ποίημα μὲν γὰρ καὶ διήγημα περὶ πρᾶγμα ἕν, ποίησις δὲ καὶ διήγησις περὶ πλείονα*; deinde exempla exhibet. — Aphthonius: *διενήνοχε δὲ διηγήσεως [διήγημα], ὡς ποιήσεως ποίημα· ποίησις μὲν γὰρ πᾶσα ἡ Ἰλιάς, ποίημα δὲ ἡ τῶν Ἀχιλλέως ὅπλων κατασκευή*. — Qua differentia nondum ita constituta Theo eas voces, quas promiscue adhibet <cf. locos apud Hoppichlerum, de

rationis Hermagorea[13], στοιχεῖα περιστατικά. πρόσωπον, πρᾶγμα, τόπος, χρόνος, τρόπος, αἰτία. Septimum Hermagorae elementum, adminicula ἀφορμάς, apud hunc desideramus, quippe quod non nisi in iudiciis aliquid valeat. Etiam Cicero Cornuficius Quintilianus ad eandem artem forte redeunt, quamvis diversa sit ratio ab eis oratoribus adhibita. In transcursu enim ea elementa praestringunt explicantes, quomodo narrationem probabilem reddant[14]. Hermogenes elementa omisit; cum Theone facit Aphthonius[15].

Deinde Theo Isocratis et Theodori in universum praeceptis usus virtutes narrationis copiose explicat: perspicuitatem, brevitatem, verisimilitudinem (σαφήνειαν, συντομίαν, πιθανότητα), quarum summam gravissimamque esse verisimilitudinem contendit[16]. Hermogenes virtutes omisit, sed apud Aphthonium invenimus et insuper quartam: sermonem graecum integrum, τὸν τῶν ὀνομάτων ἑλληνισμόν[17].

Theone, Würzb. 1877, p. 7>, in hunc modum distinguere videtur: διήγησιν amplius esse nomen, διήγημα proprie dici de causis, p. 60, 4 τὸ ἰδίως ἐν τοῖς ὑποθέσεσι καλούμενον (ἴδιον) διήγημα. — Itaque haec definitionis pars recens inter Theonem Hermogenemque in praecepta narrationis videtur esse recepta.

13) Thiele, Hermagoras, p. 38 sqq. Elementa Hermagorae apud Aurelium Augustin., p. 142 Halm.

14) Cicero, de inv. I 21, 29. Cornuf. I 9, 16. Nec non Anonym. Seguerianus I, p. 438, 29 Sp. et Theo ipse II, p. 84, 18 Sp. in virtutibus narrationis tractandis elementa afferunt. Cf. adn. 16.

15) II, p. 22 Sp.

16) Theo, II, p. 79, 28 Sp.: δεῖ γὰρ ἔχεσθαι ἀεὶ τοῦ πιθανοῦ ἐν τῇ διηγήσει· τοῦτο γὰρ αὐτῆς μάλιστα ἴδιον ὑπάρχει· καὶ τούτου μὴ προσόντος αὐτῇ, ὅσῳ ἂν σαφὴς καὶ σύντομος ᾖ, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοτέρα τοῖς ἀκούουσι καταφαίνεται. Quint. IV 2, 32: 'Theodorei quoque solam relinquant ultimam partem, quia nec breviter utique nec dilucide semper sit utile exponere.' — Praecepta a Theone allata sunt vulgaria; de verisimilitudine: „omnia cum elementis (persona, locis, temporibus etc.) convenire", cf. adn. 14. — Brevitatem et perspicuitatem e rebus et e sermone pendere docent jam Anaximenes, cap. 30; et Anonym. Seguer., p. 436.

17) Praeceptum vetustissimum: Aristot. rhet. III 5: τὸ ἑλληνίζειν. — Stoici (Zeno, Diog. Laert. VII, cap. 40): ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον, κατασκευή. — Cornuf. IV 12, 17: latinitas. — Quint. I 5, 5: barbarismus ac soloecismus. VIII 1, 1 sqq. eadem breviter commemorantur. — Progymnasmaticorum scriptores vetus technographorum de virtutibus

Iam in commentatione Theonis invenimus figuras, εἴδη (ἀπαγγελία, κλίσις, συμπλοκή, συστολή, ἐπέκτασις, ἀναστροφή), magna cum diligentia expositas[18].

---

discrimen non curasse videntur; qua de contentione cf. Aristot. rhet. III 16. Quint. IV 2, 32. — Theodectis praecepta (Quint. IV 2, 63. Schol. in Aphthon. II, p. 583 Wa.): συντομία, σαφήνεια, πιθανότης, ἡδονή, μεγαλοπρέπεια. — Cic. top. 26, 97. Quint. IV 2, 63 evidentiam, ἐνάργειαν, praeterea postulant; quae notio apud scriptores de figuris saepe occurrit: ut Dionys. Halic. iudic. Lys. 7. Demetrius περὶ ἑρμ. III, p. 307 Sp. Jul. Rufin., p. 62, 29. Anonym., p. 71. Isidor. p. 517, 10; 521, 2 Halm. Cf. Ernesti, lex. techn.

18) Exempla (ut Hermog. II, p. 5 Sp.) docent ea praecepta ex artibus repetita esse grammaticorum. — Aphthonius figuras omittit:

Theonis εἴδη (II, p. 85, 28 Sp.):			Hermogenis σχήματα (II, p. 5 Sp.):
διήγημα ἀπαγγέλλειν	de his formis Theo in fabula et in chria (ἐν μύθῳ, χρείᾳ) copiose disserit, p. 74. 101.	=	ὀρθὸν ἀποφαντικόν,
,, κλίνειν		=	ἀποφαντικὸν ἐγκεκλιμένον,
,, συμπλέκειν		=	vacat.
,, ἐπεκτείνειν		=	ἐλεγκτικόν, συγκριτικόν,
,, συστέλλειν		=	ἀσύνδετον. — ‘παθητικὸν γὰρ’ ab aliena manu addita esse apparet. Solutam orationem cum affectibus coniungit Anonymus quoque Seguerianus I, p. 444 Sp. ‘λέξις ἀσυναφὴς καὶ διακεκομμένη καὶ λελυμένη τοῖς κώλοις’.
,, ἀναστρέφειν		=	vacat.

(II, p. 86 Sp.) in narrationibus iudicialibus vetitum est, cf. Anaxim. cap. 30. I, p. 219, 12 Sp. Anonym. Seguer. I, p. 438, 2 Sp. — ἀναστροφή, inversio, saepe in troporum commentariolis affertur: Quint. VIII 6, 65. Praeterea affero: Phoebammo III, p. 48 Sp. Anonym. de figuris III, p. 133 Sp. — Trypho III 197 Sp. — Georg. Corinth. III 218 Sp. — Cocondrius III 239 Sp. — Georg. Choerob. III, p. 248 Sp. — } cf. Spengeli indicem.

Hermogenes de usu figurarum optime addidit (II, p. 5, 20 Sp.): τὸ μὲν οὖν ὀρθὸν ἱστορίαις πρέπει· σαφέστερον γάρ. τὸ δὲ ἐγκεκλιμένον μᾶλλον ἀγῶσι, τὸ δὲ ἐλεγκτικὸν ἁρμόττει τοῖς ἐλέγχοις, τὸ δὲ ἀσύνδετον τοῖς ἐπιλόγοις; comparativam figuram (συγκριτικὸν σχῆμα) omisit. Quod de directa figura et conversa et soluta commodius acutiusque

Deinde de pronuntiatione (ἐκφέρειν τὰ πράγματα) nonnulla praecepta (II, p. 87, 12 sqq. Sp.) sequuntur: ἐκφέρειν τὰ πράγματα ὡς ἀποφαινόμενοι, ὡς πλέον τι ποιοῦντες, ὡς ἐρωτῶντες, ὡς πυνθανόμενοι, ὡς ἐπαποροῦντες, ὡς προστάττοντες, ὡς εὐχόμενοι, ὡς ὀμνύοντες, ὡς προσαγορεύοντες, ὑποτιθέμενοι, προσδιαλεγόμενοι. Quae quod non modo ad narrationes sed ad omne sermonis genus quadrant, ex antiquorum grammaticorum thesauro repetita esse concludimus. Et exstare adhuc ille fons antiquus in Isidori commentario videtur [19].

Quibus quam accuratissime expositis Theo de sententiis, in quibus narrationes desinere vult, verba facit, i. e. de gnomologia (II, p. 91, 11 Sp.); quam neque ad historicas narrationes idoneam neque ad causas civiles esse sed adprime decere ludos scaenicos contendit. Narrationes vero reddi amoenas sententiis facete et quasi occulte insertis [20]. Qua de re neque Hermogenes neque Aphthonius quidquam praescribunt. Tum quae de narratione cum narratione coniungenda docemur (II, p. 92 Sp.), a συμπλοκῆς figura distinguere debemus [21].

Iam venimus ad praeexercitationum confirmationem et refutationem, quae partes in genere iudiciali antiquissimae erant. Nam Aristotelis iam temporibus voces ἀνασκευάζειν et κατασκευάζειν proprie adhibitae sunt [22]. In praeexercita-

---

est observatum, quam de convincente et quod convincens figura et comparativa (ἐλεγκτικὸν συγκριτικὸν σχ.) Theonianis non accurate respondent, adducimur, ut has duas figuras ceteris esse recentiores existimemus.

19) Isidorus (p. 519 Halm): sententiarum species multae sunt; aliae sunt indicativae, aliae — pronuntiativae — imperativae — admirativae — comparativae — superlativae — interrogativae — promissivae — concessivae — optativae — exhortativae etc. etc.

20) Aliter de gnomologia Aristot. rhet. II 21. — eam confirmationibus praecipue aptam esse docent „excerpta Longini“ I 327, 9 Sp. Theo verbo ‘ἐπιφωνεῖν διηγήσει’ utitur.

21) In συμπλοκῆς figura narratio cum apologo coniungitur (II, p. 75, 9 Sp.); in hac figura duos vel complures narrationes inter se componuntur. — In rhetorum scriptis eiusmodi fabulae frequentes reperiuntur, ut Daedalus Nicephori, Danae Libani, Vulcanus, Capaneus et Adrastea, Neoptolemus eiusdem.

22) Aristot. rhet. II 24. 1401 b 3 et saepe. Anaximenes capp. 32.

tionibus Theo narrationi subiungit[23] confirmationem et refutationem (II, p. 93 Sp.), quibus utendum esse praecipue in fabellis deorum heroumque censet et in metamorphosesin, ut Pegasi Erichthoni Chimaerae Hippocentaurorum; hisce in fabulis easdem argumentorum sedes (τόπους) valere, quas antea exposuerit (II, p. 93, 6 Sp.). Praeterea nonnulla ibi latent praecepta, quae in primordiis artis rhetoricae a sophistis exculta iterum atque saepius repetita usque ad aetatem Theonis vigebant[24]. Cuius post aetatem scriptoris confirmatio refutatioque in proprio praeexercitamento post ʽγνώμηνʼ collocatae sunt. Sic posuit Hermogenes (II, p. 8 Sp.), postea Aphthonius id bifariam divisit (II, p. 27 Sp.).

Denique monendum est secundum Theonem perfectae ʽde incredibilibusʼ narrationis esse incredibilia explicare more Palaephati, cuius libellum laudat[25].

Apparet quae de narratione praescribuntur ea fere omnia non ab ipsis progymnasmatum scriptoribus inventa esse, sed a vetusta grammaticorum rhetorumque doctrina repetenda.

2. Praeceptis narrationis iam absolutis narrationes ipsas, quae quot in quibus codicibus traditae sint, explicemus.

I. Aphthonius specimen dedit unum, *διήγημα τὸ κατὰ ῥόδον* II, p. 22 Sp. = Geopon. XI, cap. 17.

---

36 etc.: *βεβαίωσις*. — Cornuf. I 10, 18. Cicero de inv. I 24, 34 post narrationem partitione interposita confirmandum et refutandum esse oratoribus praecipiunt. — Quint. II 4, 18: destruere — confirmare. — Nonnulla de hac *κατασκευῆς* significatione collegit C. Brandstätter in studiis graec. ad diem natal. H. Lipsi dedicatis, 1894, p. 153 sq.

23) Nec non Quintilianus II 4, 18: „narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas, quod *ἀνασκευὴ* et *κατασκευὴ* vocatur".

24) Exempli gratia II, p. 93, 24 Sp.: *ἔπειτα δὲ καὶ εἰ δυνατὸν ὑποθοίμεθα τὸ πρᾶγμα, λεκτέον ὅτι ἀπίθανόν ἐστιν· εἰ δὲ καὶ πιθανόν ἐστι, σκεψόμεθα εἰ ψευδές ἐστιν· εἰ δὲ ἀληθὲς φανείη, ἑξῆς ζητήσομεν, εἰ ἐλλείπει τι ἢ πλεονάζει· ἔπειτα δὲ ὅτι μάχεται κατὰ τὴν διήγησιν αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ συγγραφεύς κτλ.*

25) II, p. 95, 8 Sp. Palaephati fabulae a Theone commemoratae sunt: Centauri (cap. 1) — Diomedes (cap. 4) — Actaeo (cap. 8) — Medea (cap. 44). Cf. Schrader, de Palaephato, Diss. Berol. 1894. — Qui locus ad philosophiam magistri cognoscendam gravissimus est.

II. Plurimas fabellas apud Libanium legimus: ed. Reiske IV, p. 855: *Δηιάνειρα* I. *῾Υάκινθος*. *᾿Αλφειός* I.

ibid. p. 1099 sqq.:

1. *῞Ηφαιστος*.
2. *᾿Ακαλανθίς*.
3. *Καπανεύς*.
4. *᾿Αδράστεια*.
5. *Πολυκράτης*.
6. *Καλλιστώ*.
7. *Σιμωνίδης*.
8. *Νεοπτόλεμος*.
9. *῎Αλκηστις*.
10. *Κανδαύλης*.
11. *Δάφνη*.
12. *Πρόκνη* I.
13. „ II.
14. *Μαρσύας*.
15. *Πασιφάη* I.
16. „ II = Nicol. p. 307.
17. *῾Ηρακλῆς* I.
18. „ II.
19. *Λητώ*.
20. *᾿Αλεκτρυών*.
21. *Πάρις*.
22. *Δαναός*.
23. *᾿Ικάριος*.
24. *᾿Αρίων*.
25. *᾿Αλφειός* II.
26. *Δηιάνειρα* II.
27. *Πίτυς* I.
28. „ II = Nicol. 8 = Geop. XI 10.
29. *᾿Αταλάντη* I.
30. „ II = Nic. 10.
31. *Κηφεύς* I.
32. „ II = Nicol. 6.
33. *῾Ρηνός*.
34. *᾿Αλωάδαι* = Sever. 6.
35. *᾿Ενιπεύς*.
36. *Δανάη*.

Omnes narrationes praeter 5. 7. 10 Westermannus ex Reiskio in appendicem suam narrationum transtulit (scriptores poeticae historiae graec. Brunsvigae 1843, p. 359 sqq).

Allatius, qui in ‘excerptis variis’ etc. Romae 1641 haec *διηγήματα* primus edidit (e codice Barberino), tres illas fabellas apud Reiskium a ceteris secretas reliquis ita subiungit (numeris utor Reiskianis):

24. *᾿Αρίων*.
῾Υάκινθος.
᾿Αλφειός I.
25. *᾿Αλφειός* II.
Δηιάνειρα I.
26. *Δηιάνειρα* II.

Agamemnonis fabulam e codice Matritensi ψ IV 12 primus Foersterus publici iuris fecit in nunt. Acad. Berol. 1885, p. 917. Qui vir doctissimus me codices Libaniarum fabu-

larum docuit eiusque praeclari benignitati atque liberalitati lectiones debeo varias, quas de nonnullis locis mecum communicavit. Sunt autem hi codices:

V(aticanus no. 305) codicum archetypus, jam ab Herchero retractatus (cf. Hermae vol. II, p. 148 sqq.), complexus est omnes fabulas.

In Hyacintho, Alpheo I, Deianira I recensendis praeterea adhibendi sunt:

P = Parisinus 2918 saec. XIV.
A^1 = Vatican. 16.
I^1 = Vindobon. phil. 259.
L = Laurent. 58, 2.
B^1 = Barberin. 351.

In Pinus historia no. 27 praeterea cod. Escurial. Ψ IV 12 = E aliquid valet — Candaulis Alectryonisque narrationes (no. 10. 20) sub Gregori Cypri nomine exhibet et Vindobonensis phil. 195 = V^1, cuius lectiones varias ipse contuli.

Vindobon. phil. 195. Nessel, catalogus IV, p. 110: „cod. ms. philosoph. et philolog. Graecus, est chartaceus antiquus et optimae notae, in quarto; sed passim lacerus, constatque nunc foliis 264, olim ab Augerio de Busbecke comparatus Constantinopoli." — Est cod. miscell. haud eadem manu scriptus.

III. Nicolai Sophistae narrationes exstant XII, a Walzio (Rhet. Gr. I, p. 269 sqq.) e P(arisino 2918) prolatae.

1. *Λαοδίκη.*
2. *Τιταρήσιος.*
3. *Ἐλαία.*
4. *Λίβανος.*
5. *Κισσός.*
6. *Κηφεύς.*
7. *Ἀρίων.*
8. *Πίτυς.*
9. *Πύραμος καὶ Θίσβη.*
10. *Ἀταλάντη.*
11. *Πενθεσίλεια.*
12. *Κυπάρισσοι.*

Harlesio auctore (cf. Walz I, p. 262) codices sunt Parisinus 2918 a Walzio adhibitus, et Bodleiani. Bodleiani mss., quos Wheeler, humanissimus vir, in usum meum contulit, sunt hi:

B(aroccianus 131) a Coxe, cat. codd. mss. bibl. Bodl I ita descriptus: „cod. bombycinus in quarto maiore saec. XIV, haud eadem manu scriptus, madore aliquantum corruptus". Complectitur ms. varia; scriptura siglis frequentissimis con-

tracta est. Nicolai *διηγήματα* habet inde a fol. 364 [a]. — Omittuntur fabulae 6. 9. 10. 11.

J = cod. Bodl. 2483 (Auct. J 1. 6), de quo Coxe eodem loco dicit: „cod. chart. in folio ff. 143. saec. XVI ineuntis.“ — Litterae sunt clarissimae. *διηγήματα* incipiunt a fol. 174.

B omnium est praestantissimus codex:

		P u. J plerumque consentiunt.	B meliora praebet:
Wa. p. 269,	7.	*γῆν* P J.	*γῇ* B Wa.
	10.	*Τιταρισίου* P J B.	
	12.	*οὐ* om. P J B.	
	13.	*ἀποϱὼξ* P J.	*ἀποϱϱὼξ* B Wa.
p. 270,	4.	*θαλῶ* P, *θαλω* J.	*θαλλῶ* B.
	16.	*τῷ* P, *τω* J.	*τὸ* B Wa.
	18.	*Χασιέπειαν* P J.	haec fabula in B vacat.
	20.	*Νηϱιΐδας* P J.	
p. 271,	1.	*Μυθημναῖος* P J.	*Μηθυμναῖος* B Wa.
	8.	*πεϱὶ* PJB.	
	19.	*θαλῷ* P Wa, *θαλω* J.	*θαλλῶ* B.
	26.	*γεγονὸς* P J.	*γεγονὼς* B Wa.
p. 272,	7.	*τῶν μήλων συνέλεεν* a man. [II] *συνέλεγεν* corr. P [*τῶν μηλῶν συνέλεγεν*].	*τὰ μῆλα συνέλεγεν* B Wa.

Discedit J a codice P:

Wa. p. 269,	6.	*διαστᾶσα* B P Wa.	*διαστᾶσαν* J.
p. 270,	6.	*Ἀσσύϱιον* J Wa.	*ἀσύϱιον* P B.
	8.	*αὐτὸ* P B Wa.	*αὐτῶ* J.
		δυσεβεῖς P.	*δυσσεβεῖς* B J Wa.
	18.	*Κηφεὺς* P Wa.	*Κυφεὺς* J.
	19.	*ᾗ* P Wa.	*ἤ* J.
p. 271,	1.	*κιθάϱας* P Wa.	*κιθάϱαν* B J.
		ἀσκεῖτο P Wa.	*ἠσκεῖτο* B J.
	10.	*ἔσωσε* P B Wa.	*ἐσωσεν* J.
	13.	*Πᾶν* P Wa.	*πάν* B J.
	14.	*Πᾶνα* P B Wa.	*πάνα* J.
	15.	*ζηλοτυπεῖ* P Wa.	*ζηλοτυπῶν* B *ζηλοτυποῖ* J
p. 272,	1.	*Οἰνέως* P Wa.	*οἰνέος* J.
	15.	*Ἐτεοκλέους* P Wa.	*ἐτεόκλου* B J.

Praeterea Harlesius enumerat:

1) codicem Langbaeni, cui curam non adhibui. Est enim, ut Wheeler me docuit, saeculi XVII, ex J et B descriptus.

2) codicem Th. Galei, nunc in Cantabrigensi Trinitatis collegii bibliotheca asservatum, quem modo fabulas bestiarum Nicolai exhibere Th. Sinker, vir d., me monuit.

P(arisinum 2918) Lebègue v. d. in usum meum inspexit; graviora discrimina jam Walzius notavit. Fortasse adnotandum est: Wa. p. 271, 1: *ἠσκεῖτο* P. de eodem codice cf. Omont, catalogue des mss. grecs de la biblioth nat. = medic. Reg. 2762 no. 32. 1409. Cf. Omont, catalogue des mss. grecs de Fontainebleau etc.

IV. Deinde Severi Alexandrini sunt narrationes VI primum ab Iriarto in bibl. Matrit. codd. gr., p. 462 sq. editae, ex quo iteravit Walzius rhet. Gr. I, p. 537 sqq.

1. *Ἴον* = Geopon. cap. 22.	4. *Ἀρίων* = Nicol. 7.
2. *Ὑάκινθος*.	5. *Ἴκαρος*.
3. *Νάρκισσος* = Geop. cap. 24.	6. *Ἀλωάδαι* = Liban. 34.

Quae inter Iriartum et Walzium ab eo neglecta gravia discrepant, haec sunt:

Wa. p. 538,	10. *ὁ*.	Ir.	*ὡς*.
	21. adnot. falsa.	„	*μεθυμναῖος*.
Wa. p. 539,	12. *ἴσα*.	Ir.	*ἶσα*.
	15. *ἀνήεσαν*.	„	*ἀνῆεσαν*.
	18. *ἠλλάξαντο*.	„	*ἠλάξαντο*.

Westermannus, qui Walzium exscripsit (in appendice), ne inspexit quidem Iriartum! Omisit enim discrimen *ὁ* et *ὡς* gravissimum (Wa. p. 538, 10).

Codicem Iriarti Matritensem retractandum non curavi; sed etiam in Mediolanensi codice auctore Fabricio et Montefalconio eae narrationes exstant, quas Mercati v. d. summo studio atque liberalitate in usum meum excussit.

A(mbrosianus G, 69 sup.) chartaceus 0,30 × 0,21 ff. 347, circa medium saec. XV scriptus est miscellaneus.

	A.		Ir.	
	melior.	deterior.	melior.	deterior.
p. 537, 5.		γεγονὼς	γεγονὸς	
12.	γέγονεν ἡ γυνὴ			γέγονε γηγενῆ
p. 538, 10.	ὡς		ὡς [ὃ Wa.]	
25.		ἀνεβάλετο	ἀνεβάλλετο	
p. 539, 1.		φήσαντος	φύσαντος	
7.	μετέωρος			μετήωρος
8.		διατήξαντος om.		

V. In Geoponicorum corpore narrationes XI e rhetorum libris petitas legimus, quas inter saecula VI—X in opus receptas esse existimamus. Duo enim fuerunt recensiones corporis Geoponicorum: vetustior a Basso saec. VI composita, ex qua versio Syriaca nuper reperta fluxit, fabellas non exhibuisse videtur; omittuntur enim eae in versione Syriaca. Recentiorem circa a. 950 sub Constantino Porphyrogenneto coactam manibus tenemus. Cf. Krumbacher, Byzantin. Litteraturgesch.[2]. p. 261.

Inveniuntur fabulae in libro undecimo hae:

cap. 1. *Ἐλαία* etiam in libr. IX 1.
„ 2. *Δάφνη* = Schol. A 14.
„ 4. *Κυπάρισσος* = Nicol. 12.
„ 6. *Μυρσίνη*.
„ 10. *Πίτυς* = Nicol. 8.
„ 15. *Δενδρολίβανος* = Nicol. 4.
„ 17. *Ῥόδον* = Aphthonius.
„ 19. *Κρίνον*.
„ 22. *Ἴον* = Sever. 1.
„ 24. *Νάρκισσος* = Sever. 3.
„ 29. *Κιττός* = Nicol. 5.

In Myrsinae quoque fabula auctor non suus ac proprius, sed Olivam Nicolai secutus est. In ʻCrinoʼ enarrationes eorum, quae in astra relata sunt, adiit. — Editione usus sum Beckhi, quocum in universum facio.

VI. In Doxopatrae ad Aphthonium scholiis insunt narrationes:

Φαέθων, Δηιάνειρα, Πασιφάη (Walz, Rh. Gr. II, p. 202).

VII. Jam exstant narrationes XIV Nicephori Basiliacis, hominis saec. XII (cf. Krumbacher, Byzantin. Litteraturgesch. ². p. 473) primum ab Allatio in ʿexcerptis variisʾ editae.

Nicephori hae sunt narrationes:

1. *Ἀχιλλεύς.*
2. *Μύρρα.*
3. *Μίδας.*
4. *Ὀδυσσεύς.*
5. *Δαίδαλος.*
6. *Πασιφάη.*
7. *Ἴκαρος.*
8. *ἅλωσις Τροίας.*
9. *Θάμυρις.*
10. *Δανάη.*
11. *Ἡρακλῆς.*
12. *Πλάτανος.*
13. *Ἀλωάδαι.*
14. *Νάρκισσος.*
15. *Πολύδωρος.*

Ex Allatio Patusa in encyclopaed. philol I, p. 387 sqq. Venetiis 1710 ad verbum fabulas 1. 3. 4. 7. 11. 14. 15 exscripsit. Omnes fabulas ex Allatio recepit Walz, Rh. Gr. I, p. 428 sqq., non nusquam Parisinis codd. adhibitis. Quos in usum meum benignissime contulit Lebègue, v. d. Sunt vero codices Parisini hi:

P(arisinus 2918) saec. XIV. de quo p. 11 dicimus.

P¹(arisinus 2720) saec. XVI (no. 2810 antiquioris biblioth. Fontainebl. catalogi numerus) continet fabulas 12. 1. 14. 5. 4.

De Barberino Allatii nihil habeo quod dicam.

VIII. Anonymi fabulam *κατὰ τὸν Πολύδωρον* e cod. Marciano 444 Walzius edidit I, p. 600.

IX. Ibidem (Wa. I, p. 552) inveniuntur fabulae II Georgi Pachymeris, saec. XIII (cf. Krumbacher², p. 288), e cod. Parisino 2982 a Walzio descriptae.

1. *Οδυσσεύς.*
2. *διήγ. τὸ κατὰ τὴν διακεκαυμένην ζώνην (Φαέθων).*

X. Eiusdem saeculi est Georgius Cyprius Patriarcha (cf. Krumbacher, p. 476), cuius ʿ*μῦθοι*ʾ e cod. Vindobon. phil. 195, fol. 90 sq. ipse exscripsi et contuli.

1. Ἡρακλῆς καὶ Πλοῦτος, adhuc ineditum.
2. Ἀγαμέμνων (Ἰφιγενεία ἐν Αὐλίδι), adhuc ineditum.

Quas narrationes sub Georgi Cypri nomine fabulae Candaulis (= Liban. 10) et Alectryonis (= Liban. 20) subsequuntur. De Vindobon. cod. cf. supra. Reliquos codd. qui easdem enarrationes teste Krumbachero (p. 477) exhibent, inspicere non potui.

XI. Palaephati quoque fabulas, quae in fine libri 'de incredibilibus' leguntur, generi narrationum a nobis tractato tribuimus. Et sunt eae omnium fortasse vetustissimae, quae ceteris exemplo fuerunt (cf. praecipue Hyacinthum).

1. Ὑάκινθος.
2. Μαρσύας.
3. Φάων.
4. Λάδων (Δάφνη).
5. Ἥρα. (Κλέοβις καὶ Βίτων).

Praeterea vero in rhetorum scriptis multa indicia narrationum latent, quae in ultima huius commentationis parte diligentius persequi mihi proposui.

Hoc loco enumerare sufficiat narrationes e refutationibus petitas (sunt enim ἐν ἀνασκευῇ θέσεις), de quibus quod novus codicum apparatus criticus mihi praesto non est, vehementer doleo.

Eiusmodi narrationes sunt:

Δάφνη	Aphthonius II, p. 28 Sp.
Χρύσης	Libanius IV, p. 882 Rei.
Ἄλκηστις	Nicolaus I, p. 284 Wa.
Κένταυροι	„ I, p. 286.
Κανδαύλης	„ I, p. 287.
Πενθεσίλεια	„ I, p. 289.
Πασιφάη	Nicolaus I, p. 307.
Νιόβη	„ I, p. 310.
Μήδεια	„ I, p. 312.
Πλάτανος	Anonymus I, p. 609 Wa.
Ἀταλάντη	Niceph. Basil. I, p. 450 Wa.
Ἄδωνις	Georg. Pachym. I, p. 558 Wa.

II.

Fabvlarvm selectarvm editio.

SIGLA

Libanius: V = Vatican. 305.
P = Parisin. 2918.
A[1] = Vat. 16.
J[1] = Vindobon. phil. 259.
L = Laurent. 58, 2.
B[1] = Barber. 351.
E = Escurial. Ψ IV 12.
V[1] = Vindobon. phil. 195.

Nicolaus: P = Parisin. 2918.
B = Barrocc. cod. 131.
J = Oxon. no. 2453.

Severus: A = Ambros. G. 69 sup.

Nicephor. Basiliaces: P = Parisin. 2918.
P[1] = Parisin. 2720.

Georgius Cyprius: V[1] = Vindobon. phil. 195.

All. = Allatius, Excerpta varia Graecor. sophistarum ac rhetorum. Romae 1641.

Ir. = Iriartus, Bibl. reg. Matr. codd. gr. Matriti 1769.

Wa. = Walz, Rhetores Graeci.

Westerm. = Westermann, Scriptores poeticae historiae Graecae. Brunswigae 1843.

Ἀγαμέμνων.

1. Libanius. cod. Escur. Ψ IV 12, fol. 7 b.

Διήγημα τὸ κατὰ τὸν Ἀγαμέμνονα.

Τῶν Ἀχαιῶν ἐν Αὐλίδι συνειλεγμένων Ἀγαμέμνων ἐν θήρᾳ τυχὼν ἐλάφου[a] *καὶ τῆς Ἀρτέμιδος ἔφη τὴν τέχνην ὑπεραίρειν τῷ ἔργῳ· λυπεῖ τὸ ῥῆμα τὴν θεόν, καὶ ἐμάχετο τῇ ἀναγωγῇ τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ Κάλχας μηνύει τὴν αἰτίαν, ὡς ἡ Ἄρτεμις ταῦτα πράττοι διὰ τὸν κόμπον Ἀγαμέμνονος καὶ οὐ λήξει ποτὲ μὴ δεξαμένων αὐτῆς τῶν βωμῶν τὸ τῆς Ἰφιγενείας αἷμα. παῖς δὲ Ἀγαμέμνονος αὕτη. πείθεται ὁ πατὴρ καὶ ἄγει τὴν κόρην καὶ προσάγει τῷ βωμῷ καὶ καταθύσειν ἔμελλεν, ἔπειτα ἀντὶ τῆς θυγατρὸς ἐν χεροῖν ἔλαφον εἶχε τῆς Ἀρτέμιδος, οἶμαι, τὴν μὲν ἀφελομένης, τὴν δὲ ἀντιδούσης.*

a. *ἐλάφου* corr. Foerster, *ἐλάφους* cod.

2. Georgius Cyprius. cod. Vindobonensis phil. 195. fol. 90.

Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος, εἴ που διαπορεῖς, ὅπως Ἕλλην οὖσα ξενοκτόνος ἐγένετο, ὧδε γενέσθαι ἠκούσαμεν. ἤδη μὲν Ἀλέξανδρος ὁ Πριάμου τῇ[a] *τῆς Ἑλένης ἐπέχαιρεν ἁρπαγῇ. Ἕλληνες δὲ οὐκ ἠνείχοντο· ἀλλ᾽ ὕβριν τοῦτο τοῦ κοινοῦ γένους εἶναι*[b] *νομίσαντες δεῖν ἔγνωσαν ἐπὶ Τρῶας*[c] *στρατεύεσθαι, Ἀγαμέμνονα τὸν Ἀτρέως βασιλέα τοῦ στρατοῦ προελόμενοι. καὶ τοίνυν οὗτος παράδειγμα σπουδῆς καὶ προθυμίας τοῖς ἄλλοις διδοὺς πρῶτος ἐξορμᾷ τῆς πατρίδος καὶ εἰς Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας κατάγεται· ἔνθα καὶ εἰρημένον ἦν πάντας ἀθρόους γενέσθαι, ἵνα καὶ ἀθρόοι τοῖς πολεμίοις ἐντεῦθεν ἐμβάλωσι. διὸ καὶ χρόνος αὐτῷ τῇδε ἠνύετο. καὶ διατριβαί, ὡς εἰκός, ἐν τοῖς ἄλσεσιν ἦσαν καὶ περὶ θήραν σπουδή. καί ποτε ἔλαφον κινήσας ἀπὸ τόξου βάλλει, οὕτω δὲ εὔστοχα, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ κατὰ νοῦν δόξαι τῇ βολῇ ταύτῃ νικῆσαι τὴν Ἄρτεμιν, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ πρὸς τοὺς παρόντας τὸν κόμπον τολμῆσαι προενεγκεῖν καὶ κατὰ τῆς θεοῦ προδήλως νεανιεύσασθαι. ἐφ᾽ οἷς ἐκείνην μηνίσασαν πικρότατα μετιέναι τὸν ὑβριστήν. ἐπισχεῖν γὰρ τοὺς ἀνέμους καὶ πνέειν κωλῦσαι. καὶ ὡς οὐκ ἦν πλοῦς ἐντεῦθεν καὶ δυσχερῶς εἶχον οἱ Ἕλληνες ἄπρακτα πολὺν χρόνον τῷ λιμένι προσκα-*

θεζόμενοι [c], μάντεις ἠρώτων καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν αὐτοῖς οὐκ ἐπιπνέουσιν ἄνεμοι, λέγειν ἐξεβιάζοντο. παρ' ὧν δὴ καὶ μήνιμα θεῖον[d] μαθόντες εἶναι τὸ πρᾶγμα, Ἄρτεμιν δὲ τὴν μηνίσασαν, τῆς δὲ μήνιδος αἰτίαν τὴν Ἀγαμέμνονος ὑπερηφανίαν, μόνην δὲ ἀπαλλαγὴν καὶ ἐξίλασμα τὴν Ἰφιγενείας σφαγὴν παιδὸς οὔσης τοῦ ἐνυβρίσαντος, πείθουσι τὸν Ἀγαμέμνονα σπουδῇ τὴν παῖδα μεταπέμψασθαι καὶ θῦμα προσενεγκεῖν τῇ θεῷ. καὶ ὡς ἤδη ταῦτα ἦν καὶ γέγονεν ὁ πατὴρ πρὸς τῷ θῦσαι, οἶκτον λαβοῦσα τῆς κόρης ἡ Ἄρτεμις αὐτὴν μὲν ἀφαρπάζει καὶ εἰς Σκύθας μεθίστησιν, ἔλαφον δὲ ἀντιδίδωσι. δι' ἧς καὶ τελεσθείσης ἱκανῶς τῆς θυσίας Ἕλληνες μὲν ἀνήγοντο ἀνέμων αὐτοῖς ἐπιόντων καὶ κατ' Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν ἄλλων Τρώων ἀπέπλεον, Ἰφιγένειαν δὲ Ἄρτεμις τῆς τε σφαγῆς καὶ τῆς ἄλλης ἀπανθρωπίας τῶν Ἑλλήνων ἀναμιμνήσκουσα πρός τε τὸ κατὰ πάντων ἠρέθισε μῖσος καὶ ξενοκτονεῖν ἐξεπαίδευσεν.

a. τῇ iota subscr. semper om. | **b.** Τρώας cod. | **c.** προς]σ add. man. II. | **d.** θεῖον Maass, οἷον cod.

Testimonia: Cypriorum argumentum, cf. Proclum, Hyg. fab. 98. Serv. Aen. II 116 = Hyg. fab. 261. — Nonn. ad Greg. Nar. orat. in laud. Basil. ed. Creuzer, Meletemata I. 1817, p. 70. — Varias fabulae formas praebet Tzetzes Lyc. 183. — De hospiticidio: Nonn. ad Greg. Naz. inv., p. 130 ed. Montagu. [= p. 386 Westerm.] id. p. 146.

Libanius quamquam in universum e Cypriis pendet (Proclus) vel e Sophoclis Iphigenia (Apollod. epit. 3, 21. Hyg. fab. 98, cf. Lange, de nexu etc., p. 49), tamen omittit priorem Graecorum commorationem et consilium legationemque Ulixis, fortasse ut narrationem redderet concinnam neu argumentum ipsum distraheret. Suo more Tauricum nomen omisit. — Serv. Aen. II 116 et Hyg. fab. 261 ad Pacuvi Dulorestem redeunt (Welcker, Gr. Trag., p. 1179 sqq.), qua in fabula Agamemno ignarus cervam occidit. — Iphigeniae hospiticidium apud Christianos scriptores erat clarum antiquae crudelitatis exemplum.

Ἀλωάδαι. I.

Libanius διήγ. 34 = Westermann p. 361.	Severus διήγ. 6.	Anonym. in refutatione (I, p. 609, 21 sq. Wa.)
Περὶ τῶν Ἀλωαδῶν καὶ περὶ Ἐλάτης.	*Τὸ κατὰ Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην.*	
Ὦτος καὶ Ἐφιάλτης Ἀλωέως μὲν γεγόνασι παῖδες,	*Ὦτος καὶ Ἐφιάλτης Ἀλωέως* [a] *προῆλθον,*	*Τὼ τοῦ Ἀλωέως παῖδε ἀνελθεῖν εἰς οὐρανοὺς ἐβουλεύσαντο.*
ἀδελφὰ δὲ εἶχον μετὰ τῶν βουλευμάτων τὰ σώματα·	*ἴσα καὶ φρονήματα καὶ μέτρον ἓν σώματος ἔχοντες·*	
παραπλησίως γὰρ [a] *τῷ μεγέθει φρονοῦντες τοῦ σώματος βατὸν ἑαυτοῖς τὸν οὐρανὸν κατεσκεύαζον.*	*μεγέθει γὰρ διαφέροντες σώματος βατὸν ἑαυτοῖς τὸν οὐρανὸν κατεσκεύαζον*	
καὶ θέντες ὄρος ἐπ᾽ ὄρει προϊέναι μὲν ἐπειρῶντο παρὰ τοὺς κρείττονας,	*καὶ ὄρος ἐπ᾽ ὄρει θέντες ἀνῄεσαν·*	*καὶ ὄρη συνθέντε καὶ ἀνάβαθρα ποιήσαντε ἀνέρχεσθαι ἐπεχείρησαν,*
	χαλεπήνας δὲ ἐπὶ τούτοις	
ἀνακόπτει δὲ αὐτοὺς τῶν ἐγχειρημάτων ὁ Ζεὺς σκηπτῷ κατείργων τὸ πρὸς αὐτῶν μελετώμενον.	*ὁ Ζεὺς ἑνὶ κεραυνῷ τὴν ἐπιχείρησιν ἔπαυσε·*	*ἀλλ᾽ ὁ θεὸς αὐτοὺς ἄνωθεν κεραυνοῖ.*
Ἐλάτη δὲ ἡ τούτων ἀδελφὴ παραπλησίως [b] *μὲν ὑπῆρχε τὸ μέγεθος,*		*τῶν δὲ τεθνηκότων ἡ ἀδελφὴ θρηνοῦσα οὐκ ἔληγε καὶ τὸ πάθος*
δακρύουσα δὲ τὸ συμβὰν δένδρου [c] *φύσιν*	*δακρύουσα δὲ τὸ πάθος ἡ ἀδελφὴ δένδρου φύσιν*	*οὐχ ὑπομένουσα αἰτεῖ τὸν θεὸν εἰς φυτοῦ φύσιν μεταβαλεῖν. τοῦ δὲ κα-*

ἠλλάξατο καὶ μεταβαλοῦσα τὴν φύσιν μένει τὸ μέγεθος, ὡς ἐτύγχανε πρότερον· ὅθεν τὸ ἔπος τὴν ἐλάτην οὐρανομήκη προσεῖπεν.

a. γὰρ corr. Maass: δὲ codd. Libani enim tradita verba eandem sententiam bis exprimerent. | b. παραπλησίως V, παραπλησία Rei. | c. δένδρου V, δένδρῳ Rei.

ἠλλάξατο καὶ μεταβαλοῦσα τὴν φύσιν τὸ μέγεθος οἷα γέγονεν ἔμεινεν· ὅθεν ἡ ποίησις οὐρανομήκη τὴν ἐλάτην προσηγόρευεν [b].

a. Ἀλωέως] Ἀλωέος A, Ir, Wa. | b. προσηγόρευεν Schubart, προσήγαγεν A, Ir, Wa.

Subsequitur fabula Nicephori.

τανεύσαντος εἰς τὴν πλάτανον, ἣν ὁρῶμεν, φυτὸν μεταβάλλει ἡ κόρη.

καὶ ἅπερ μὲν τοῖς ποιηταῖς ἐτερατολογήθη, τοιαῦτα κτλ.

Ἀλωάδαι. II.

Nicephor. διήγ. 13 = I, p. 439 Wa. *Τὸ κατὰ τοὺς Ἀλωείδας* [a].

Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην Ἀλωεὺς παῖδας ηὐτύχησε, τὴν ἰσχὺν [b] ὑπερφυεῖς, τὴν ἡλικίαν ὑπερνεφεῖς. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι καὶ μείζω τῆς φύσεως φρονεῖν οὐκ ᾐσχύνοντο. μικρὸν ἡγοῦντο κρατεῖν ἀνθρώπων καὶ τηλικούτων σωμάτων ἀνάξιον. ἐπὶ τοὺς θεοὺς τὴν τόλμαν μετάγουσιν. ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀποχρῶνται τῇ ῥώμῃ καὶ τῷ μεγέθει. ἤδη κινοῦσι τὰ ἀκίνητα. ὅλα ὄρη ὄρεσιν ἐπεγείρουσι [c] καὶ τὴν εἰς θεοὺς πολιορκίαν ἐπισκευάζονται. ἀλλὰ κινεῖ τοὺς πρηστῆρας ὁ Ζεύς. καὶ θνητὴν λαχόντες φύσιν μηκέτι κατεπαίρεσθαι τῶν θεῶν ἐπαιδεύοντο. ζηλοῖ τὸν ἀδελφὸν Δία καὶ Πλούτων, καὶ γενομένους ἐν Ἅιδου κολάζει μεγάλους γῦπας μεγάλοις σώμασιν ἐπιστήσας, οἳ καὶ τὰ τούτων σπλάγχνα πλέον τοῖς ῥάμφεσιν ὑπορύττουσιν, ἤπερ ἐκεῖνοι πάλαι τὴν Ὄσσαν. τοσοῦτον Ἀλωεῖδαι σωμάτων ἀλόγου μεγέθους ἀπώναντο, ὅσον ἐπὶ γῆς μὲν πολλὴ [d] γενέσθαι σποδός, ὑπὸ γῆν δὲ μεγάλη τράπεζα κεῖσθαι τοῖς τοῦ Πλούτωνος δαιτυμόσιν.

Adnot.: hanc fabulam om. P^1 Pat. | **a.** *Ἀλωάδας* Wa. | **b.** *ἰσχὺν*] *φύσιν* P. | **c.** *ἐπεγείρουσι*] *ἐπαγείρουσι* malim, quamquam hanc vocem non nisi apud Homerum legere videmur, ut *ἀπώναντο* rarissimum in sermone pedestri. | **d.** *πολλὴ* Maass, *πολλῆς* rell.

Fontes et testimonia: Odyss. λ 305 sqq. de Aloidis. — Odyss. ε 239 de Pinu. — Anonymi confirmatio I 612 Wa. — commemorantur apud Dio. Chrysost. II, p. 170, 23; 291, 11 Arnim. — Themistium or. 2., p. 43, 18 Dind. or. VI p. 94, 13 Dind. — Maxim. Tyr. diss. XVIII, p. 70, 45 Dübn. Aliter atque rhetores mythographi: Apollod. I 53 Wag. Hyg. fab. 28. Serv. Ae. VI 582. — Lact. ad Stat. Theb. X 850.

De Aloidarum patre, morte, sorore alii alia referunt; de patre:

1) patrem esse Aloeum tradunt Il. *E* 386, rhetores, Lact. ad Stat. Theb. X 850.
2) Aloei uxorem a Neptuno compressam esse referunt: Odyss. λ 305 sq. Hesiod. (Schol. Apoll. Rh. I 482) Apollod. I 54. Hyg. fab. 28. Serv. Ae. VI 582.

3) Terrigenas vocat eos Eratosthenes (Schol. Apoll. Rh. I 482).

de morte: fulmine Iovis eos ictos esse legimus apud rhetores et in Lact. Stat. Theb. X 850. — Ab Apolline vel Diana aut ab utroque eos Naxi interfectos esse tradunt: Odyss. λ 305. Apollod. Hyg. Serv.

de sorore nihil nisi apud oratores et Eustathium ad E 560 legimus. — Quae Apollodorus, Hyginus, Servius de corporum mensura dicunt, rhetores omittunt. Quibus e momentis rhetores alio usos esse fonte atque Apollodorum, Hyginum, Servium putamus. — Ex Elatae 'οὐρανομήκη' Odyss. ε 239 cognomine rhetores fortasse ipsi Aloidarum sororem eam esse in arborem mutatam sibi finxerunt.

Sua ac propria refert Nicephorus, cum in tartaro eos Promethea poena cruciari eorumque sororem mutatam esse in platanum narrat. Cf. *Πλάτανοι*.

Ἀρίων.

Nicolaus διήγ. 7.

Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος [a] πρὸς κιθάραν [b] ἠσκεῖτο [c] τὴν τέχνην. Περιάνδρῳ δὲ τῷ τυράννῳ συνὼν εἰς ἐργασίαν ἀπέπλει χρημάτων καὶ Κορινθίας νεὼς ἐπιβὰς εἰς Ἰταλίαν ἀπῆρεν· ἐπανιὼν δὲ αὖθις ἐξ Ἰταλίας ἐπὶ τὴν Κόρινθον ἐκ τῶν πλεόντων ἐπιβουλεύεται καὶ τὴν ἐπιβουλὴν θεωρῶν ἐδεῖτο τῶν ναυτῶν ἀναβάλλεσθαι θανάτου προοίμιον· καὶ οἱ μὲν εἴασαν, ὁ δὲ ᾖδε· δελφὶς δέ τις ἀκούων περιεσκίρτα τὴν ναῦν· καὶ παρὰ [d] τῶν πλεόντων ἐκβαλλόμενον τὸν Ἀρίονα φέρων ἐπὶ νώτου ἐπὶ τὸ Ταίναρον ἔσωσε καὶ νῦν ἐκεῖσε χαλκοῦς Ἀρίων καθέστηκεν ἐπὶ χαλκοῦ δελφῖνος ὀχούμενος, σῴζων εἰκόνι τὸ γεγονός.

Severus διήγ. 4.

Διήγημα τὸ κατὰ τὸν Ἀρίονα [a] ἱστορικόν [b].

Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος πρὸς κιθάρας ἠσκεῖτο τέχνην. Περιάνδρῳ δὲ τυράννῳ συνὼν εἰς Ἰταλίαν ἀπέπλει· ὁρμώμενος δὲ ἐκ Τάραντος νεὼς μὲν Κορινθίας ἐπέβη, παρὰ δὲ τῶν συμπλεόντων ἐπιβουλὴν ὑφιστάμενος ἀνεβάλετό [c] τι τῆς μουσικῆς. καὶ δελφὶν τῷ μέλει κατακηλούμενος παρασκιρτᾷ τὴν ναῦν [d]· καὶ κατὰ τοῦ πελάγους ἐκριφέντα [e] τὸν Ἀρίονα φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων ἐξέσωσε· καὶ νῦν περὶ [f] τὸ [g] Ταίναρον Ἀρίων ἕστηκεν ἐπὶ χαλκοῦ δελφῖνος σχήματος τῆς πάλαι τύχης σῴζων ὑπόμνημα.

Libanius διήγ. 24.

Περὶ Ἀρίονος [a].

Ὁ Ἀρίων Μηθυμναῖος ὢν ἐκ Μηθύμνης ἔπλευσεν εἰς Κόρινθον. καὶ δεικνὺς αὐτόθι τὴν τέχνην ηὐδοκίμει [b]. βουλόμενος δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι λαμπρὸς ἔπλευσε κἀκεῖσε, καὶ αὖθις εὐδοκιμεῖ. γενομένων δὲ αὐτῷ χρημάτων μεγάλων νεὼς ἐπιβὰς Κορινθίας εἰς Κόρινθον ἐπαναπλεῖ. καὶ οἱ ναῦται τῶν χρημάτων ἐρασθέντες κτείνειν ἐπεχείρουν. ὡς δὲ ἀφιστάμενος αὐτοῖς τῶν χρημάτων ἐπὶ τῷ σῴζεσθαι οὐκ ἔπειθε, δευτέρας δεῖται συγχωρήσεως στῆναι ἐν τῇ σκευῇ καὶ ᾆσαι καὶ ἐκπηδῆσαι [c] εἰς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ ᾄσματος. καὶ οἱ μὲν ἐπέτρεψαν, ὁ δὲ ᾖσε καὶ ἐξεπήδησεν. δελφὶς δὲ αὐτὸν ὑποθεὶς τῷ κιθαρῳδῷ πρὸς Ταίναρον ἐξεκόμισεν.

a. Μεθημναῖος P. I. | b. κιθάρας Wa. | c. ἀσκεῖτο Wa. | d. παρὰ] περὶ codd. παρὰ Wa.

a. Ἀρίονα A, Wa. | b. ἱστορικόν add. A. | c. ἀνεβάλλετό Ir, Wa. | d. τῇ(ῇ)ν ναῦν (νηὶ): corr. ut videtur a man. I. | e. ἐκριφθέντα Ir, Wa. | f. περὶ corr. Maass, παρὰ rell. | g. τὸν Ir. Wa.

a. Ἀρίονος Rei. | b. εὐδοκίμει V. Rei. ηὐδοκίμει Westerm. | c. ἐκπηδῆσαι conj. Hercher, Hermes 2, 148. -ήσειν V.

Fontes et testimonia: Herodot I 23 sq.

Hygin. (Robert, Eratosthenis catasterism., p. 212). cod. Strozzianus.

Quidam autem dicunt esse Orionem Methymnaeum, et cum esset arte citharae potens, rex Corinthorum, Pyrantus nomine, eum dilexit. Qui cum a rege petisset, ut civitates arte sua inlustraret, et magnum patrimonium acquisisset, conserserunt famuli cum nautis, ut eum interficerent.

quem cum vellent interficere, petit ab eis ut ante decantaret. cum autem citharae sonus cum voce eius audiretur, delphini circa navem venerunt. ille super unum ex his se praecipitavit, qui eum sublatum Corintho ad regem Pyrantum detulit. Delphinus subductis per aestum aquis exanimatus est etc.

cod. Frisingensis. fab. 194.

Arion Methymnaeus cum esset arte citharae potens, rex Pyranthus Corinthius eum dilexit; qui cum a rege petiisset per civitatem artem suam inlustrare et magnum patrimonium acquisisset, consenserunt famuli cum nautis, ut eum interficerent. cui Apollo in quietem venit eique dixit, ut ornatu suo et corona decantaret et eis se traderet, qui ei praesidio venissent.

quem cum famuli et nautae vellent interficere, petit ab eis ut ante decantaret. cum autem citharae sonus et vox eius audiretur, delphini circa navem venerunt. quibus ille visis se praecipitavit. qui eum sublatum attulerunt Corinthum ad regem Pyranthum etc.

Plutarch VII sapient. conviv. 18, p. 191 Dübn.: secundum Herodotum historiam enarrat. — Schol. in Opp. Halieut. V, p. 369a 38 ed. Didot. — Hermog. progymn. II, p. 9, 8 Sp.: *Περὶ ἀνασκευῆς: ἐκ τοῦ ἀπιθάνου, ἀπίθανον ἦν τὸν Ἀρίονα ἐν κακοῖς ὄντα βουλευθῆναι ᾆσαι. ἐκ τοῦ ἀδυνάτου, ἀδύνατον ἦν τὸν Ἀρίονα ἐπὶ δελφῖνος σωθῆναι.* — Menand. *Περὶ ἐπιδ.* III, p. 443 Sp.: *ὁ δὲ [Ἀρίων] τὸ Τυρρηνικὸν ἔπλευσεν ἐπὶ δελφῖνος ὀχούμενος.*

Vulgarem fabulae recensionem a Nicolao et Severo traditam — nec non Libanius ab ea pendet — ad unum recurrere exemplar ex Herodoto excerptum consentaneum est. Hyginum quoque, cuius duplex exstat recensio, ad illud exemplar redire cognoscimus. Nicolaus et Severus fortasse magis ad exemplar sese adplicuerunt quam Libanius (*πρὸς κιθάραν ἠσκεῖτο τὴν τέχνην. Περιάνδρῳ δὲ τῷ τυράννῳ συνὼν* = Arion Methymnaeus cum esset citharae potens, rex Pyranthus Corinthius eum dilexit). Quae hi scriptores omittunt, Libanius exhibet: *καὶ δεικνὺς αὐτόθι τὴν τέχνην ηὐδοκίμει. βουλόμενος δὲ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι λαμπρός* = qui cum a rege petiisset, per civitatem artem suam inlustrare ... In hac igitur fabula rhetores faciunt cum Hygino contra Herodotum.

Hermog. II, p. 9, 8 Sp. exempl. refutationis comm.

Ἀταλάντη

Ἀταλάντη.

Libanius *διήγ.* 29.

Περὶ Ἀταλάντης.

Πολλοὶ μὲν ἔκειντο μνηστῆρες
ὑπὸ Ἀταλάντης ἡττηθέντες
ποδωκείᾳ τῆς κόρης — ἔδει γὰρ ἡττώμενον μὲν [a] *ἀποθανεῖν, νικῶντα* [b] *δὲ γαμεῖν —*
Ἱππομένης δὲ ταύτης ἐπιθυμῶν,
δεδιὼς δὲ τὸν κίνδυνον
δεῖται τῆς Ἀφροδίτης συμπρᾶξαι.
ἡ δὲ ἔδωκε τὰ χρυσᾶ μῆλα καὶ εἶπεν, ὃ χρὴ
ποιεῖν ἐν τῷ δρόμῳ· ὡς οὖν

Nicolaus *διήγ.* 10 = Libanius *διήγ.* 30.

Ἀταλάντην τὴν Σχοινέως [a] *ἔχειν μὲν ἐπόθουν πολλοί,*
Ἱππομένης δὲ παρ᾽ ἑτέρους ἀπείληφε [b]. *μνωμένων γὰρ τὴν κόρην πολλῶν* [c] *ἆθλον* [d] *ἑαυτὴν ἡ παῖς παρετίθει* [e] *τοῖς νικῶσιν εἰς δρόμον* [f]· *καὶ πάντων* [g] *ἀπολειπομένων τὸ τάχος*
Ἀφροδίτην Ἱππομένης εὕρατο σύμμαχον [h],
καὶ μῆλα χρυσᾶ παρ᾽ [i] *ἐκείνης λαβὼν*
ἠφίει [k] *παρὰ τὸ στάδιον.*

ἔθεον, ὁπότε πλησίον ἡ κόρη γένοιτο, μῆλον ἠφίει·	
ἡ δὲ ἐθαύμαζέ τε καὶ ὑπολειπομένη τὸ μῆλον ἀνῃρεῖτο·	*καὶ ἡ μὲν τὰ*[l] *μῆλα συνέλεγεν,*
ἐγγιζούσης δὲ πάλιν τὸ αὐτὸ ἐδρᾶτο.	*ὁ δὲ παρῄει συλλέγουσαν*
καὶ διὰ τοιοῦδε σοφίσματος Ἀταλάντη μὲν εἶχε τὰ μῆλα, Ἱππομένης δὲ Ἀταλάντην.	*καὶ τέχνῃ μᾶλλον ἢ ῥώμῃ τὸν Ἀταλάντης ἐκτήσατο*[m] *γάμον.*

a. *μὲν* exhibet V, om. Rei. | **b.** *νικῶντα* exhibet V, *νικῶντας* Rei.

fabula deest in B.

a. *Σχοινέως*] *οἰνέως* J. | **b.** *ἀπειλήφε*] *ἀπει. μνωμ. γ. τὴν κόρην* om. V, Rei. | **c.** *πολλῶν*] *πολλοὺς* V, Rei. | **d.** post *ἆθλον*, exhib. *δὲ* V, Rei. | **e.** *περιετίθει* V, Rei. | **f.** *δρόμον κ. π. ἀπολ.* om. Rei. sed scrips. *εἰς Ἱππομένους τὸ τάχος κτλ.* | **g.** *παντὸς ἀπολειπομένου* V. | **h.** *σύμπονον* V, Rei. | **i.** *παρ᾽ ἐκείνης λαβὼν* V, om. Rei. | **k.** *ἠφίει παρὰ*] *ἔφερε παρὰ* V lect. inc. *ῥίπτει ἐπὶ* Rei. | **l.** *τῶν μήλων* J, P. | **m.** *γάμον ἐκτήσατο* V Rei.

Fontes et testimonia: Quamquam Atalantae Hippomenisque in leones transfigurationem hi rhetores silentio praetermittunt, tamen eos Hesiodei carminis argumento usos esse censemus; ad quod Robertus (Hermes 22, p. 447 sq.) scholium Theocriteum reduxit (ad. III 40):

ὁ Ἄρεος Ἱππομένης τῆς Σχοινέως Ἀταλάντης τῆς δρομαίας ἐρασθείς, Ἀφροδίτης συνεργούσης, ἔδραμεν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. ἢ γὰρ ἔδει τὸν ἀγωνιζόμενον τῷ δρόμῳ ἡττηθέντα θνήσκειν ἢ περιγενόμενον δρόμῳ λαμβάνειν τὴν κόρην. ἔχων οὖν παρὰ τῆς θεᾶς μῆλα χρυσᾶ τοῦ τῶν Ἑσπερίδων κήπου τῷ δρόμῳ ἔρριπτεν ἑκάστου αὐτῶν. οὕτω δὲ ἀσχολουμένης τῆς κόρης ἐπὶ τῇ τῶν μήλων συλλογῇ ἐλείφθη. λαβὼν δὲ αὐτὴν γυναῖκα μετεμορφάσθη εἰς λέοντα ἐν ἱερῷ τόπῳ συνελθὼν αὐτῇ. idem Servius ad Verg. Aen. III 113.

Ovid. met. X 560 sqq. eodem modo historiam narrat, nisi quod Hippomenis patrem fuisse Onchestium Megareum tradit. Item Hyg. fab. 185.

Nicephorus Basiliaces, Walz I 450: *Ἀνασκευή, ὅτι οὐκ εἰκότα τὰ κατὰ Ἀταλάντην. Ἀταλάντη μὲν γὰρ γεγένηται Οἰνέως, ἑλομένη δὲ παρθενεύειν πρὸς ἀνδρίαν ἐτρέφετο καὶ τὰ περὶ θήραν ἠσκεῖτο· καὶ τόξον ἔτεινε καὶ ζῆλον εἶχεν Ἀρτέμιδος· ἀλλ' ἧκεν ὥρα γάμου, καὶ δρόμον ἐτίθει τοῖς ἐρασταῖς, καὶ τῷ νικήσαντι ἑαυτὴν ἐδίδου [τὸ] ἆθλον· ἐκάλει πολλοὺς ἐπὶ τὸν ἀγῶνα τὸ κάλλος, ἀλλ' ἀπράκτους αὖθις ἠφίει τὸ τάχος· ἀλλ' ἦν Ἱππομένης καὶ τοῦ δρόμου καὶ τοῦ κάλλους ἡττώμενος, καὶ τοῖς ποσὶ μὴ θαρρῶν χρυσοῖς μήλοις τὴν νίκην σοφίζεται. ἐπεὶ δὲ καὶ εἶχεν ἄμφω τὸ στάδιον, ὃ μὲν ἤρχετο τοῦ σοφίσματος καὶ τὸ μῆλον ἠφίει, ἣ δὲ μηδὲν ὑπιδομένη ξυνέλεγε· καὶ ὃ μὲν ξυνέβαινεν, ἣ δὲ περὶ τὴν ξυλλογὴν ἀπελείπετο. καὶ οὕτως Ἱππομένης σοφίᾳ μᾶλλον ἢ τάχει τῶν τῆς Ἀταλάντης ἔτυχε γάμων.*

idem. *κατασκευή: ὅτι εἰκότα τὰ κατὰ Ἀταλάντην*, Walz I 454.

" *ἠθοποιία: τίνας ἂν εἴποι λόγους εἰς τάχος ἀπολειφθεῖσα Ἀταλάντη ὑπὸ Ἱππομένους χρυσῶν μήλων ἀπάτῃ [καὶ] προσαγομένη.* Walz I 469.

De altera fabulae forma, quae est de Atalanta et Milanione (Apollod. III 105; Palaephat. 14), cf. Welcker, Gr. Trag. p. 404, 1503.

Nicephorus ex Libani Severique recensione pendet; sane mirandum est, quod rhetores Hippomenis Atalantaeque in leones mutationem apud omnes mythographos et scholiastas commemoratam omittunt. Itaque alios fontes a rhetoribus aditos esse necesse est; nam studio concinnitatis commoti rhetores certe mutationem non omiserunt, quippe quae in plurimis fabulis summa quasi et caput narrationis sit.

Δαίδαλος

Δαίδαλος.

Nicephorus *διήγ.* 5.

Διήγημα [a] *τὸ κατὰ τὸν Δαίδαλον.*

Δαίδαλον σοφία μὲν καὶ τέχνη περιεσώσατο, Μίνως δὲ καὶ τοῦ παθεῖν ἐλπὶς καὶ [b] *τῆς πατρίδος ἀπήλασεν* [c]. *οἷς ἔρωτος ἄθεσμον ἐσοφίσατο ξύμπνοιαν. καὶ σοφὸς ὢν ἐρωτικὴν ἀποσβέσαι πυρὰν βασιλέως θυμὸν* [d] *ὑπανάψας ἠγνόησεν. ἐπεὶ γὰρ Πασιφάη μὲν ἤρα παράνομα, [καὶ* [e]*] Δαίδαλος δὲ*

τὸν ἐπὶ ταύρῳ Πασιφάης οἶστρον ἐπλήρωσε, πληροῦται Μίνως θυμοῦ καὶ τῆς ἀνοίας μυσάττεται Δαίδαλον. ὑφορᾶται τὴν δίκην ἐπὶ τούτοις ὁ Δαίδαλος καὶ τρόπον φυγῆς ἐπινοεῖται παράδοξον. ὅλας ἀετῶν ἐπεσώρευσε πτέρυγας καὶ κηρῷ τὰ πτίλα συνδήσας ταῖς χερσὶν ἐναρμόζεται. οὕτω καὶ τὸν παῖδα πτερώσας[f] Ἴκαρον τῆς Κρήτης ἀφίπταται. ἀλλὰ καὶ τῷ παιδὶ τὸν Μίνω ξυναποδρὰς οὐχὶ καὶ τὴν δίκην ἀπέδρασεν, ἀλλ' οἷς τὸν ἀπὸ γῆς ὑπερίπτατο[g] πόλεμον, ἄλλον τρόπον οὐρανόθεν αὖθις ἐβάλλετο. καὶ Μίνως μὲν οὐκ εἶχεν ὅπως ἀμύναιτο[h] Δαίδαλον, Ἥλιος δὲ τοῖς πτεροῖς ἐπεβούλευε καὶ ταῖς ἀκτῖσιν[i] ὑπολυσάμενος[k] τὸν κηρὸν κατὰ πελάγους ἠφίει τὸν Ἴκαρον. καὶ δικαίως ἄρα Δαίδαλον εἰς παῖδα ἐζημίωσεν Ἥλιος, ὅτι[l] ταύρῳ τὴν Ἡλίου παῖδα Πασιφάην ἐζεύξατο[m]. ἐντεῦθεν καὶ Δαίδαλος μὴ πάντα[n] τέχνῃ θαρρεῖν ἐδιδάσκετο, καὶ Δαιδάλου παῖς Ἴκαρος μὴ πάνυ τι πιστεύειν Ἡλίῳ κηρὸν ἐπαιδεύετο.

[Fabulam om. Pat.] **a.** *διήγημα* All, Wa om. | **b.** *καὶ* P^1 om. | **c.** *ἀπήλασαν* P, All, Wa. | **d.** *θυμὸν*] *πυρὰν* P^1. | **e.** *καὶ* P, P^1 om. | **f.** *πτερωσάμενος* P, All, Wa. | **g.** *ὑπερίπταται* P. | **h.** *ἀμύνεται* P. | **i.** *ἀκτίσιν* P, P^1. | **k.** *ὑπολυσόμενος* P. | **l.** *ὅτι* Maass, *οἷς* rell. | **m.** *ἐζεύξατο*] *ἐφεύξατο* P. | **n.** *πάντῃ* P, All, Wa.

Haec narratio praeclarum est exemplum conexionis fabularum (*διήγησιν διηγήσει συμπλέκειν* Theo II, p. 92, 24 Sp.), in qua labyrinthi mentionem a Nicephoro non fieri commemorabile est. — Daedali haec fabula num cum Sophoclis eiusdem nominis tragoedia cohaereat, nescimus; quod argumentum a posterioris aevi sophistis frequentatum est, ut Dio Chrys. or. 71, 6 Arnim. Maxim. Tyr. diss. II, p. 5, 10 Dübn. Themist. or. III, p. 51, 13 Dind. Himer. or. XV, p. 79, 2 Dübn. Cf. et Apollod. epit. 1, 12, ubi Zenob. IV 92, et 'Pasiphaen' p. 54.

Daedali apud Cocalum adventum ex Ephoro et Philisto petitum exhibet Theo (II, p. 66 Sp.) exemplum historiae (*πραγματικὴ διήγησις*). Cf. Müller, Fr. h. Gr. I 261[b] frg. 99. Herod. VII 170. uberrime Diodor. IV, cap. 76 sqq. ex Ephoro.

Δάφνη.

Palaephatus 50.	Aphthon. II, p. 28 Sp.	Libanius διήγ. 11.	Geopon. XI 2 Beckh.	Schol. ad Il A 14.
Περὶ Λάδωνος διήγημα.				
Ἔδοξεν ἡ Γῆ[a] Λάδωνι τῷ ποταμῷ πρὸς συνουσίαν ἐλθεῖν.	Δάφνη, φασίν, Γῆς προῆλθε καὶ Λάδωνος	Δάφνης τὸ κάλλος ἐγένησε	Δάφνη Λάδωνος ποταμοῦ	Λάδωνος τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ποταμοῦ Δάφνη
καὶ ἐπεὶ συνῆλθον ἀλλήλοις, κύει μὲν ἡ Γῆ, τίκτεται δὲ ἡ Δάφνη.		μὲν Λάδων ὁ ποταμός,	ὑπῆρχε θυγάτηρ	ὑπῆρχε θυγάτηρ
	καὶ τὴν ὄψιν τῶν πολλῶν διαφέρουσα		εὐπρεπεστάτη.	εὐπρεπεστάτη.
φιλεῖ δὲ ἐκείνην ὁ Πύθιος, καὶ ῥήματα ἦν ἐραστοῦ πρὸς τὴν κόρην.	ἐραστὴν ἑαυτῆς ἐποιεῖτο τὸν Πύθιον.	ἐθαύμασε δὲ Ἀπόλλων.	ἐρασθεὶς οὖν ταύτης Ἀπόλλων	ἐρασθεὶς δ' αὐτῆς Ἀπόλλων καὶ
	ὁ δὲ ἐρῶν μὲν	παθὼν δέ τι πρὸς αὐτὴν ἐρωτικόν,	ὡς ἐρωμένην	βουλόμενος συγγενέσθαι
ἀλλ' ἡ Δάφνη τὴν σωφροσύνην ἐφίλει.		ἐπεὶ πείθειν οὐκ εἶχεν,		
διώκειν οὖν ἔδει καὶ	ἐδίωκε,	ἐδίωκεν,	ἐδίωκε.	ἐδίωκε,

